

IV.

(Kaiser Friedrich II.) an alle in der Mark (Ancona); dankt ihnen für ihre Dienste bei der Bekämpfung des rebellischen Ancona und teilt ihnen mit, daß seine Getreuen die (Po-)Brücke von Piacenza erobert hätten und die Übergabe des belagerten Piacenza bevorstehe.

(Vor Piacenza, Ende Oktober–Anfang November 1239)¹

Cod. fol. 23^{rv}.

Universis per Marchiam constitutis et cetera.

Clara satis est in celsitudinis nostre presentia fidei vestre sinceritas, quam circa nostra servitia totiens iam florere coniecimus et continuato fidelitatis ordine ferventem et invariabilem experimur. Sed licet adiectione plenitudo non egeat, ipsam coram oculis nostris reddit R. capitanei² vestri credula et veridica nuntiatio clariorem, ex cuius testimonio cum liquido serenitas nostra perpenderit vos preter alia devotionis obsequia, que culmini nostro frequenter impenditis, nuper ad depopulationem Anconitanorum nostrorum rebellium, quorum depressa protervitas non minus vestris quam nostris commodis emolumenta propinat, exercuisse potenter et concorditer vires vestras, preter gratiarum debitas vestris obsequiis actiones fidei vestre constantiam tanto propterea liberalius prosequi proponentes, quanto Marchiam pretiosum quidem membrum imperii favoris quadam prerogativa complectimur, et puritatis vestre sollertiam in hiis, que honoris nostri comoda sapiunt, promptam semper invenimus et paratam. Ut mentis igitur vestre precordia, quam successuum nostrorum feliciam anxiam probabiliter credimus, immo scimus, que nobis in Italie partibus feliciter contigerunt, prospera nova letificent, ad notitiam devotionis vestre perducimus, quod pons Placentie³, qui Mediolanensibus et Placentinis dudum frequenter ad placitum mutua subsidia ministrabat, nostrorum fidelium viribus expugnatus, voluntatibus^a videlicet utrorumque, dum et Mediolanensibus factus de patre vitricus^b suffragia consueta subtraxit et Placentinis oculo torvo respiciens auxiliari, quin immo precipuo remedio spoliavit. Speramus igitur et pro firmo tenemus, ut Placentie civitas tamquam nostrorum obsidione

a) *ironisch gemeint und zu verbessern in voluptatibus?*

b) *vitricus Cod.*

¹⁾ *Zur Datierung oben S. 93 Anm. 29*

²⁾ *Über Robertus de Castellione, capitaneus der Mark Ancona, oben S. 93 Anm. 27.*

³⁾ *Über die neue Brücke bei Piacenza oben S. 93 Anm. 29.*